

tribus veneratae sunt ut Reges, ut subeat mirari, quomodo Rivetus  
ex vulgata, quae adum eum legit filios matris, quae lectio tamen  
in Ariæ Montani bibliis non invenitur, nec in Romanis corre-  
cti onibus, nec in variis lectionibus, idem quod nunc inuimus, e-  
vincere velit, cum textus Ebraeus legat, אֲנִי בְנֵי אֲבִי filij patris tui,  
nec si legeret, matris tuae, id quod intendit, demonstrari posset, sic  
enim à paucis esset venerandus Juda, à Ruben, Levi, Isaschar & Se-  
bulon, & sic his verbis, reliquarum uxorum Jacobi, ut Rahelis,  
Bilhæ filij; si non excluderentur vel saltem non inuenerentur, quod  
vult tamen Rivetus.

גִּרְגֹרִי proprie notat catulum Leonis, qui in Is-  
raë adhuc comoratur, ut id ex dictis, in quibus eo significatu in-  
venitur, patet. Alias est vox quatuor significationum, ut notat  
Buxt. in concordantiis 1. notat peregrinari Jud. 19. 1. 2. Sam. 4. 3. time-  
re Ps. 22. 23. & tunc cum גִּרְגֹרִי & לֵבִי constructur 3. Congregare Es. 54. 18. 4.  
pro catulo sumitur, Num. 33. 42. Mab. 2. 12. Ez. 19. 3. 5. Thren. 4. 3. Jer. 51.  
35. Nab. 2. 12. אֲבִי לֵבִי verò notat Leonem in comuni, Prov. 22. 23. 26.  
convenit forma hæc cum chaldaica Dan. 7. 4. Ebraei comuniter  
has & sequentes voces, quibus Leo notatur, ita distinguunt,  
quod גִּרְגֹרִי sicut jam dictum, catulum Leonis, אֲבִי לֵבִי verò Leonem  
Juvenem, ut id liquet ex Jud. 14. 5. Ps. 91. 13. Ez. 16. 6. Et ex concor-  
dantiis Mardochai Nathan, in quibus nullus locus contrarius  
invenitur, Leonem verò grandem dicunt, אֲבִי לֵבִי à לֵבִי corde  
& generoso animo vid. Nab. 2. 17. אֲבִי לֵבִי verò Leonem veterem, uti  
id ex dicto, Es. 30. 6. colligitur אֲבִי לֵבִי autem Job. 4. 10. Prov. 26. 13.  
אֲבִי לֵבִי generalia sunt, & quamvis feram crudelem notant,  
hinc Exod. 28. 8. אֲבִי לֵבִי filij feræ i. e. Juvenes crudeles, Catulus  
verò Leonis, dicitur tribus Juda, 1. ad notandam, hujus tribus ma-  
gnificentiam, Leo enim ob virtutes suas & generosum animum,  
rex ferarum salutatur 2. potentiam, omnibus enim animantibus,  
Leo ob robur terribilis est, Prov. 30. 30. Amos 3. 8. Leo rugit, quis non  
expavescet? de Judæ verò potentia egregium vide locum 1. Chr. 5. 2.  
אֲבִי לֵבִי 3. Voibus verò, distinctam Leonis ata-  
tem notantibus, regni hujus progressus notatur, uti Leo primùm  
Catulus, mox aliquantum adultior, sibi ipsi de victu prospicit,  
vires acquirens, validus fit, & quotidie robore augetur, donec  
B ipsam